

M O D U S P E R Q V E M O R.  
bis in plano ita describi possit, ut cōmen-  
furatione similis sit positioni sphæ-  
rice. Cap. X X I I I .



N descriptione uero quæ  
in tabula sit, modus Sym-  
metriæ præcipuorū paral-  
lelorum talis nobis erit.  
Præparabimus tabulā pa-  
rallelogramam rectāgulam, ueluti est,  
a b c d, habeatq; latus a b duplum fe-  
rē quā a c: supponaturq; recta a b se-  
cundū positionē superiorē, quæ in de-  
scriptione uersus partes erit Boreales.  
Deinde diuidemus a b bifariam, & ad  
rectos angulos lineæ rectæ e f normā  
illi cōmeniuramat, & rectam adaptabi-  
mus: ita ut linea media e f sua lōgitudi-  
ne sub una rectitudine, usq; ad e g pro-  
trahat: sumamusc; ab ipso e usq; ad g  
34. partes tales, quales sunt per lineam  
rectam g f centum triginta una & ter-  
tia cum duodecima: super centrōq; g  
per signū interstitij, quod ab eo abest  
per linea g k sectionibus septuaginta  
nouē, circulū scribemus, q; pro eo erit  
parallelo, qui per Rhodum trāsit, nem  
pe h k l. Pro terminis uero lōgitudinis,  
quæ ex sex horarū colligūtur intersti-  
tis ab utracq; parte k, sumamus super g  
f mediū meridiani linea distantia qua-  
tuor interstitiorū, quæ in parallelo per  
Rhodum similes sint quinque, per ses-  
quiquartam ferè rationes maximi cir-  
culi ad ipsum, talesq; decem & octo  
cōstituemus ab utracq; parte puncti k,  
secundū circumferentiam h k l: habebi-  
musq; signa, per quæ cōiungere oportet  
ab g meridianos, qui tertia par-  
tis horarum interualla cōprehendant:  
ita ut g h m & g l n longitudinis ter-  
minent fines. Cōsequenter uero & pa-  
rallelus qui per Thylem est, scribetur  
distantia quæ absit ab g super linea f  
g sectionibus 52. ueluti o p q: equino-  
ctialis uero, ut similiter distet à g per  
lineam f g sectionibus 115. qui sit r s t:  
oppositus uero per Meroēm & austra-  
lissimus, ut distet à g sectionibus 131.  
cum tertia & duodecima, ueluti m u n.

Ratio igitur ipsius r s t ad o p q. eol-  
ligetur quemadmodū 115. ad 52. secun-  
dum rationem parallelorum horum in  
sphera: quandoquidem qualium g s  
supponitur 115, talium est & g p sectio-  
num quinquaginta duarum. Et quem  
admodum se habet g s ad g p, sic se  
habet circumferentia r s t ad o p q. De-  
prehendetur autem & meridiani p k di-  
stātia, hoc est ea, quæ ab parallelo, qui  
per Thylem transit ad illum qui est per  
Rhodum sectionum 27. distantia uero  
k s, id est, à parallelo, qui per Rhodū  
ad equinoctialem usque, earundem se-  
ctionū existit 36. At distantia s u, hoc  
est ea, quæ ab æquinoctiali est ad oppo-  
situm ei, qui est per Meroēm, earundē  
16. cum tertia & duodecima. Præterea  
qualium est distantia p u, secundum  
latitudinem terræ cognitæ, septuagin-  
ta nouem cum tertia et duodecima, aut  
integrarum octuaginta, talium erit &  
h k l media secundum longitudinem  
distantia, centum scilicet quadraginta  
quatuor, secundum ea, quæ demonstra-  
tionibus supponuntur: eandem enim  
rationem fermè habent, quadraginta  
milia latitudinis, ad septuaginta duo  
milia longitudinis, in parallelo, qui per  
Rhodum trāsit. Porro & reliquos scri-  
bemus parallelos, si rursus centro g usq;  
fuerimus, & interstitijs, quæ distat ab s  
& equalibus sectionibus, ut expositum  
est, ab recessibus & quinoctialis. Cate-  
rum nō oportet ut eas lineas, quæ pro  
meridianis ponuntur, ad parallelum us-  
que m u n rectas scribamus, sed solum  
usque ad æquinoctialem r s t: ac postea  
circumferentiam m u n diuidemus in  
& equalia, & numero paria segmenta,  
quæ attribuemus meridianis illis, qui  
per Meroē sumuntur, sectionesq; illas  
coniungemus, cum meridianis, qui re-  
cte super æquinoctialem incidunt, ut ap-  
pareat, qualis ex inuersione transsum-  
pta, sit ab altera æquinoctialis parte &  
ad meridiem declinans positio, ueluti  
ostendunt r x & t y lineæ.

Demum